



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Anthologia Sacra**

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis  
versibus comprehensa

**Billy, Jacques de**

**Parisiis, M.D.LXXV.**

Piæ vitæ laborem ignavis duntaxat asperum esse. 91.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

Chryso-  
diuitia-  
nostris  
c trucu-  
Te dicit:  
situm et  
produ-  
nitia au-  
, possel-  
ant. Cæ-  
iusmodi  
ncluda-  
um ma-  
etiam a-  
faciens,  
uas, ho-  
olacabi-  
, Præci-  
uprum,  
n Aucti-  
tis agi-  
bis vri-  
tur:

tur: Quonã pacto hæc bestia ci-  
curabitur? Si didicerim<sup>9</sup> quo mo-  
do fiat sæua, more leonum, more  
pardorum, more vrsorum, qui  
dum includuntur, coërcenturque  
in tenebris, erigunt animos, a-  
cuuntque iras. Itidem & diuitiæ,  
dum includuntur, & defodiuntur,  
acrius rugiunt, quàm leones, per-  
turbantque omnia. Quòd si eas è  
tenebris eduxeris, & in egenorũ  
ventres diffimines, ex feris bestiis  
fiunt oves, ex insidiosis dulces, ex  
scopulo portus, ex naufragio trã-  
quillitas.

---

Piæ vitæ laborem ignavis  
duntaxat asperum  
esse.

91.

Vritur, atque graui solet exclamare dolore,  
Qui timidam calido ponit in igne manum.  
Contra qui magno pedibus terit impete flammam,  
Hanc necat, Et damni sentit ab igne nihil.

t

## SACRA

Sic capit ignauo rigidos qui corde dolores,  
 Frangitur, Et ferri posse molesta negat.  
 At qui magnanima complectitur aspera mente,  
 Asperitatis ei nil labor ullus habet.

## SCHOLIA.

*Dion. in* Vritur atque graui) Si quis, inquit  
*Dog.* Dion Chrysostomus, labores cō-  
 temptim suscipiat, promptoque  
 animo ad eos accedat, haud ma-  
 gnā aduersus eum vim habituri  
 sunt. At si pedem referat, ab illis  
 se remoueat, maiores omnino ac  
 vehementiores videbuntur. Hoc  
 porro etiam in igne contingere  
 videmus. Etenim si magno cum  
 impetu in eum ascenderit, protin-  
 us extingues: si autem timide  
 atque ignauè, vehementer te ip-  
 sum exures. Atque etiam idē alio  
 loco laborem præter multas alias  
 utilitates hanc quoq; afferre ait,  
 quòd ad suscipiendos nouos la-  
 bores magis ac magis hominem  
 corroboret: cōtrā quàm in volu-

*Orat. de*  
*Regis.*

prate se res habere soleat. Ac  
proinde meritò de labore idē di-  
cipotest, quod de infelicitate scri-  
bit Seneca, nempe hoc saltē boni  
in ipsa inesse, quòd eos, quos sepe  
vexat, tandem obduret.

De perfectæ vitæ excellentia.

97.

*Vire queat vates dici, qui corporis illa  
Que fugiunt nostri lumina, sola videt.  
Pneumate qui tantum graditur, non carne, leui sique  
Postera qui linquens, anteriora petit.  
At carnem, mundumque, cruci qui figit, Et omnes  
Delicias odit, mortis & instar habet:  
Hinc ego non vatem dicam, non ipse prophetam  
Martyr enim dici iure vir ille potest.*

SCHOLIA.

*Vire queat vates*) Bernardus, vt iis, *Serm. 2.  
qui sanctissimæ, atque omnibus de exhor.  
pietatis christianæ numeris abso- ad frat.  
lutissimæ vitæ iter tenent, ac rio-  
res stimulos addat, ipsi<sup>9</sup> dignita-  
tem ac præstantiam ostendit, eòs-  
que, qui ita viuunt, prophetarum*

t ij